



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 44. Morlasiensis Antitrinitariorum Synodus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

Sæcul. XVI conventu habito epistola Cancellarii  
A.C. 1563. Hospitalii prælegebatur, qui eandem  
 gratiam pro alio ejusdem Ordinis Religioso nomine Campono exorabat; ita-  
 que Deputati nominantur, qui Cancel-  
 lario exponerent, quod ejus petitio fa-  
 cultatis statutis adversaretur.

## §. XLIV.

*Morlasiensis Antitrinitariorum Sy-  
nodus.*

*Hist. reform.*  
*Eccles. Pol.* Mense Junio hujus anni Antitrinita-  
 rii, qui jam antea Pinczoviæ plu-  
 ra, prout meminimus, habebant con-  
 venticula, Morlasi Vilnenis Palatina-  
 tus urbe aliam habebant Synodus, ubi  
 convenerunt viginti duo sectæ hujus  
 Ministri, qui decretum condebant ad-  
 versus cunctos dogma Dei unius, ac  
 trini in Personis propugnantes: porro  
 hoc decreto velut classico potissimas  
 spuriæ reformationis Ecclesias contra  
 Sanctissimæ Triadis Mysterium excita-  
 bant, adeo, ut quamplurimi Ministri,  
 Magistratus, Nobiles, Equites, Guber-  
 natores, Palatini, ac secretioris Sena-  
 tus Consiliarii tam in majori, quam mi-  
 nori Polonia, Lithuania, Rusia, Po-  
 dolia, Volinia, Prussia, Moravia, Si-  
 lezia, & Transylvania novum Arianis-  
 mum palam profiterentur, atque Di-  
 vinitatem, æqualitatem, & Christi  
 con-

consubstantialitatem impugnarent: e-<sup>Sæcul. XVI.</sup>  
nimvero si horum factio inter Ecclesiæ <sup>A.C. 1563.</sup>  
Romanæ hostes ceteris potentia, ac  
numero non prævaluit, faltem Calvi-  
nistis, illisque, qui se Evangelicos dicti-  
tabant, magis terribilis evasit: eapro-  
pter ut hæc secta aut everteretur, aut  
faltem coerceretur, hi Sigismundum  
Augustum Poloniæ Regem supplices  
adibant, petentes, ut illis cum omni-  
bus Sanctissimæ Trinitatis hostibus pub-  
lice in arenam descendendi facultatem  
concederet: cum ergo Antitrinitarii  
idem exoptarent, hinc ejusmodi pub-  
lica disputatio illis Anno Domini mil-  
lesimo quingentelimo sexagesimo quinto  
concessa est.

### §. XLV.

#### *Ochinus Tiguro pulsus, ac in Polo- niam veniens.*

Jam antea Bernardinus Ochinus fidei *Simler in  
Catholicæ defertor, postquam anno vita Ochini  
Domini reparatæ Salutis millesimo quin- Sand. Bibl.  
gentesimo sexagesimo tertio Tigurina Antitr. Gra-  
Urbe pulsus erat, Schafusium venit, ubi tian. vit.  
Lotharingium Cardinalem Roma redu- Card. Com-  
cem invisens ab eo durius excipieba- mend. l. 2.  
tur, inde vero Poloniam versus arrepto pag. 9.  
itinere per Moraviam ibat, quæ tum  
Provincia commune Anabaptistarum,  
& novorum Arianorum asylum erat.*

P 5

Ibi-